

AÑO LIV

14 DE DICIEMBRE DE 1906.

NÚM. 23



BOLETÍN Eclesiástico
DEL
Obispado de Astorga.

Sumario: Sda. Cong. del Sto. Oficio.—Id. id. de Indulgencias.—Secretaría de Estado de Su Santidad.—Telegrama de protesta.—Ministerio Fiscal del Obispado.—Ruego y encargo.—Donativos para S. S.

Sacra Congregatio Suprema S. Officii.

Em.me ac Rev.me Domine mi observantissime.

Litteris datis die 15 Januarii anni currentis, Reverendissimus istius Ecclesiæ Cathedralis Canonicus Pœnitentiarius, ut consultationibus sibi factis ex diversis Hispaniæ provinciis faceret satis, sequentes quæsitus E.mo Domino Cardinali Pœnitenciario Maiori proponebat:

I. Utrum in Hispania Presbyteri sæculares sexagenarii, vi Bullæ Cruciatæ et indulti pro carnibus vescendis, præcisione facta ab eorum maiori vel minori robore vel infirmitate, uti carnibus possint feria secunda et tertia Maioris Hebdomadæ, sicuti fideles laici?

II, Et quatenus negative: Utrum illos oporteat generali dispensationi ad huiusmodi usum communire?

Re ad Supremam hanc Congregationem S. Officii delata et in generali conventu habito fer. IV die 28 curr. mensis mature discussa:

Ad. I. Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales una mecum Inquisitores Generales respondendum decreverunt: Negative.

Ad II. vero SS.mus D. N. in solita audientia R. P. D. Adssessori impertita, eorumdem Eminentissimorum Patrum voto inhærens, benigne declarare dignatus est Presbyteros sæculares sexagenarios in Hispania, vi Bullæ Cruciatæ el indulti pro carnibus vescendis, præcisione facta ab eorum maiori vel minori robore vel infirmitate, uti carnibus posse feriis II et III Maioris Hebdomadæ, sicut fide'es laici.

Quod dum ad Eminentiae Tuæ notitiam, ut mei muneris est, deferre propero, impensos altissimæ aestimationis meæ sensus testatos volo Tibi, cui manus humillime deosculor.—Eminentiae Tuæ—Humillimus et Addmus. verus famulus.

S. Card. VANNUTELLI.

Em.mo ac Rev.mo Domino

D. Card. Sancha y Hervas, Arch. Toletano.

Sagrada Congregación de Indulgencias.

**Indulgencia plena ria á los fieles que renueven las promesas
del Bautismo en la fiesta de la Sma. Trinidad.**

URBIS ET ORBIS DECRETUM

SSmus. Dnus. noster Pius Pp. X., humillimæ preces R.P. Francisci Xaverii ab Immaculata Conceptione,

Provincialis Provinciæ S. Ioseph Ordinis SSmae. Trinitatis, clementer excipiens, quo magis christifideles ad servandas promissiones in susceptione Baptismatis ab ipsis emissas excitentur, Plenariam Indulgentiam, defunctis quoque applicabilem, benigne concessit ab omnibus lucrandon, qui, die festo Augustissimæ Trinitatis, alicui piæ cæremoniæ in parochialibus aliisque ecclesiis, de Ordinariorum licentia et iuxta eorumdein normas, peragendæ, in qua solemniter præfatæ promissiones denuo nuncupentur, devote adstiterint, simulque sacramentali confessione expiati et S. Synaxi refecti ad mentem Sanctitatis Suæ pie oraverint. Præsenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ, e Secretaria S. Cognis. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, Kalendis Iunii an. 1906.

A., Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*

L. ✠ S.

† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

SECRETARÍA DE ESTADO DE SU SANTIDAD

Especiales concesiones á la Compañía Trasatlántica Española.

Beatissime Pater: Claudio López Brú, Marchio de Comillas, Præses Societatis Hispanicæ pro Navigatione Trasatlántica, ad pedes S. V. humiliter provolutus, implorat prorrogationem et quamdam necessariam ampliationem nonnullarum facultatum ipsi Societati jam pridem ad decennium concessarum, nempe:

I.—*Pro eiusdem societatis presbyteris capellaniis.*

1) Celebundi per mare Missam, cum adsistentia tamen, si fieri posit, alterius sacerdotis superpelliceo

induti, dummodo mare sit tranquillum et nullum ad-
sit periculum irreverentiæ, facta etiam potestate iis
qui Missæ adstiterint accedendi ad Sacram Synaxim.

2) Celebrandi item per mare Missam, cum potestate
admittendi fideles ibi adstantes ad Sacram Comunio-
nem, etiam in adimplementum prœcepti Paschalis,
Feria V. in Coéna Domini.

3) Administrandi pueris Samcramentum Baptisma-
tis, *non tamen solemniter*, cauto semper obligationi dan-
di quamprimum baptizati parentum parocho collati
Baptismatis testimonium.

4) Administrandi infirmis Sacramentum Extremæ
Enctionis, atque etiam Communionis in forma Viatici,
statim post Missam, cum particula in eodem Missæ
Sacrificio consecrata, ac servatis servandis.

5) Impertiendi iis qui in navi fuerint in articulo
culo mortis constituti Apostolicam Benedictionem cum
Indulgentia Plenaria, dummodo iidem vere pœnitentes,
confessi ac Sacra Communione refecti, vel si id nequi-
verint, saltem contriti, ore si potuerint, sin minus
corde, SS. Nomem Jesu invocaverint, iusta forma in
Ecclesia consuetam.

6) Benedicendi coronas precatorias, cruces, parvas
statuas et sacra numismata eisque applicandi Indul-
gentias quæ continentur in elenco a S. C. de Propa-
ganda Fide typis edito.

7) Concionandi atque sacras fidelium confessiones
in navibus excipiendi, dummodo sacerdotes a proprio
Ordinario ad confessiones sint approbati; et quoad
confessionem mulierum, dummodo oportuna adhibea-
tur craticula.

8) Utendi omnium prædictarum facultatum non
tantum per mare ac durante itenere, sed etiam dum
naves in portu vel in sicco adsunt, prout aliquando
contigit.

II.—*Pro capellanis, viatoribus ac vectoribus necnon ceteris omnibus navium servitio addictis vel inibi, quomodo cumque adstantibus.*

1) Vescendi carnis, ovis ac lacticiniis singulis anni diebus ieiunio consecratis, facta quoque exemptione a lege ieiunii, et adiecta permiscendi carnes cum piscibus.

2) Lucrandi indulgentiam plenariam Benedictioni Apostolicæ adnexam in articulo mortis, etiam si naufragio vel alia quavis causa sacerdos absens fuerit; dummodo vere pœnitentes et non triti, ore si potuerint, sin minus corde, SS. Nomen Jesu invocaverint.

3) Adimplendi in navi præcepto Communionis Paschalis, si diebus Paschatis iter agere eis contigerit; et pro vectoribus aliisque navium servitio addictis, etiam si naves prædicto tempore firmæ in statione steterint.

4) Peragendi Sacramentalem Confessionem apud quemcumque Sacerdotem sœcularem vel Regularem, dummodo a proprio Ordinario ad confessiones sit approbatus.

5) Satisfaciendi præcepto in diebus festis pro iis omnibus qui in navi Misam audiunt, quamvis non in Capella fixa sed in altare portatili Sacrum celebretur. Et Deus etc.

Ex audientia SSmi. die. XX. Martii anno MCMVI.

Beatissimus Pater benigne excipiens preces, quæ supra scriptæ sunt, a clarissimo Marchione de Comillas oblatas, omnes ac singulas gratias quæ iisdem precibus implorantur, concedere dignatus est *ad decennium*, ea non excepta quæ est de permiscendis in comeditionibus quadragesimalis temporis carnis cum piscibus: qua tamen posteriore gratia uti non licebit sextis feriis quadragesimæ aliisque diebus, quibus ab-

stinere ab eadem permixtione iubetur exercitus Hispaniae.

Datum a Secretaria Status die, mense et anno supra dictis.—R. CARD. MERRY DEL VAL.

Insertamos el oportuno é interesante telegrama que el señor Cardenal Arzobispo de Toledo ha dirigido y es el siguiente:

«Excmo. Sr. Presidente del Consejo de ministros:

«En nombre del Episcopado español elevo protesta respetuosa contra el proyecto de ley de Asociaciones, por lo tocante á los Religiosos. Es opresor conciencias, contrario libertad de la Iglesia y ofensivo religión del pueblo español.—*Cardenal Sancha.*»

El efecto producido en el Gobierno por la anterior protesta, dícelo harto elocuentemente el texto de la contestación dada por el señor López Dominguez al telegrama de protesta, cuyo texto es como sigue:

«Presidente del Consejo de ministros al Excmo. Cardenal Sancha.

«Por dolorosa que sea la sorpresa con que leo su telegrama de ayer, y por penetrado que me halle de que no hay justificación bastante para la actitud que me participa, no quiero omitir el atento acuse de recibo.—*López.*

Los católicos todos del Obispado de Astorga se adhieren á los sentimientos del episcopado español, expresados en el telegrama que Su Eminencia el Cardenal Arzobispo de Toledo remitió al anterior Gobierno de la Nación.

Ministerio Fiscal del Obispado de Astorga.

A fin de que en esta Curia no se detengan los expedientes matrimoniales y se les dé curso con la pronti-

tud, que reclama el bien de los interesados, se ruega á los Sres. Sacerdotes encargados de la cura de almas procuren emplear la mayor vigilancia posible en el despacho de dichos expedientes y tengan en cuenta las siguientes observaciones.

Sabido es de todos que los impedimentos de consanguinidad pueden ser simples ó múltiples y que estos son tales, no solamente cuando descien den los contrayentes de dos ó más troncos comunes, sino también cuando ambos ó uno solo de los oradores proceden por diversas líneas de un mismo tronco, siendo tantos los impedimentos cuantos sean dichas líneas diversas; Ticio y Berta v. gr, convienen en un mismo tronco de 4.^º grado de consanguinidad, pues Ticio desciende por dos líneas de este tronco, á causa de haber contraído matrimonio sus abuelos paternos, siendo consanguíneos en 2.^º grado y descender del tronco mismo, que dá origen al parentesco en cuestión; Ticio y Berta serán parientes en duplicado 4.^º de consanguinidad. Con lo expuesto está conforme la resolución de la Sagrada Congregación del Sto. Oficio, año de 1906; resolución publicada en este BOLETÍN el 23 de Julio último y en la que se resuelve la tan debatida cuestión sobre los impedimentos que ligan á dos consanguíneos en 2.^º grado cuando los abuelos, que constituyen el tronco, son también parientes en el mismo 2.^º grado; tres son los impedimentos según la Sagrada Congregación; 2.^º de consanguinidad y duplicado 4.^º de lo mismo.

Ocurre también con frecuencia haber apellidos idénticos en las diversas ramas de los contrayentes, en tales casos, si aquellos no son indicio de otro, ú otros impedimentos, conviene que, siguiendo el formulario de las Sinodales de esta Diócesis, se manifieste que, apesar de la duplicidad de uno ó más apellidos, (que se citarán) no existen más parentescos.

Finalmente, se advierte que, cuando de este Tribunal se expiden los despachos de penitencia, no por esto se concede la dispensa y licencia para la celebración del matrimonio, el Juez comisionado ha de concretarse á lo que se le encomienda, esto es, á imponer la penitencia y absolver á los contrayentes, que pecaron, y evacuada esta comisión, lo participarán á este Tribunal, lo que verificarán también en el caso no improbable de que los oradores no pudiesen ó no quisiesen cumplir la penitencia impuesta.

Esto se recomienda á los Sres. Párrocos de esta Diócesis á fin de no causar perjuicio alguno á los fieles.

El Fiscal Eclesiástico,
DR. MOISÉS DÍAZ-CANEJA.

Se ruega y encarga á los Sres. Encargados de Párroquias y Anejos del Arciprestazgo de Villafranca y de los limítrofes al mismo, registren los libros de bautizados de sus archivos y busquen la partida de bautismo de Pilar Molla ó Mallo y Peña, de 20 á 25 años de edad, hija de Vicente y María, y en el caso de que la encuentren, extiendan de ella certificación en papel simple y la remitan lo más pronto posible al Provisorato del Obispado.

SUSCRIPCIÓN EXTRAORDINARIA

PARA EL DINERO DE SAN PEDRO, PRESCRITA POR S. E. I. CON
MOTIVO DE LA VISITA «AD LIMINA».

(CONTINUACIÓN)

Entregado por D. Rafael de la Huerga Párroco de Cebrones, como testamentario de D. Antonio Calderón Castro (q. e. p. d.) Párroco que fué de S. Pedro de las Dueñas 131'25 pesetas.

Párroco y fieles de Espadañedo 2 pesetas.
